

Preponunt filiatiōem immūdam mundi  
 immo iugum ferreum diaboli/filiatiōni z  
 iugofuauī xpī. Prouocāt in flagitijs spur  
 cidis/et rapinis sacrilegis/audacter deum  
 cum dederit omnia eis in manus. put apō  
 Job verbū est. **E**xtollunt sibi titulos ca  
 ducos anxios z egenos. Ille huius civili  
 tatis z possessionis. ille alterius. quibz ade  
 pris/dicit quilibet talium cum angelo lao  
 dicie Ecce diues sum z nullius egeo. et ne  
 scit talis quid exprobrans Iohes subinfe  
 rat/ q̄ miser est et miserabilis et paup et ce  
 cus z nudus. **Q**ui militant omnia ad  
 oppugnationem sui/non minus prospe  
 ra et aduersa. In prosperis resoluuntur seg  
 nicie et luxuria. In aduersis p̄ impatienti  
 am et murmur non subsistunt. Quare sic z  
 Quoniam titulum gratie comodissimum  
 z p̄clarissimum quo habito dantur nobis  
 oia in manus/longe p̄ciunt. **Q** d̄ q̄s  
 adest grossiori generosiori supbia et ambi  
 tione dignus. Quisquis latius et insigni  
 dominari querit. quisquis impiosius ardē  
 gloriari. pergar huc facile. iter apertum est  
 paruum. latum. pulcerrimum. Nō necesse  
 habet vt euagetur anxius aut turbetur er  
 ga plurima. tantūmodo lauetur ab inq̄na  
 mentis sui. seruet gratie titulum. omnia  
 dabit ei pater in manus. In p̄senti quidē  
 non absq̄s discrimine belli z milicie multe  
 Nam hic vbi terra vbi guerra tanq̄s nihil  
 differta seruo sed p̄stabit in futuro. Spe  
 ret equanimiter cum pace et tranquillitate  
 p̄petua. ad quam nos intromittat ille qui  
 habet omnia in manibz d̄ns noster Ihus  
 christus qui est deus benedictus in seculs  
 Amen: **F**init.

**Carmin de volun  
 taria paupertate.**

**O** Pauperies iure beata  
 Que voce Jesu celica regius  
 Dum spiritui grata/nec horres  
 Dum sufficiens letaqz degis  
 Diuina tibi gratia dat ius  
 Veri tituli. quo/dominatus  
 Pleno valeas omnia vti  
 Sub lege sua subdita queqz  
 Primo statui nonue fuere  
 Si principio querere regnum  
 Floris domini/cuncta sequentur  
**E**st pauperies indiga panis.

**B**enedicat agens fiat oportet  
 Pandit miseram se querulamqz  
 Porbo senio torpore fractam  
**H**eu pauperies nomine solo  
 Que corde tumes perdita luxu  
 Effrons graderis voca procaci  
 Buccis nitidis. veste fluenti  
 Ceruice riges. naribus efflas.  
 Vis ex alijs viuere lauta  
 Qui non dederit/murmura rodīs  
 Discrimen habet fama negans  
 Vos effugite credite mordet  
**E**st pauperies officiosa  
 Que parca sibi largiter amplas  
 Dispensat opes. vsibus aprans  
 Discreta p̄is. curat/honesto  
 Frugiqz statu/plebe placere.  
 Clamas decus hac/luide pompas  
**S**edens p̄iys/altera/viuit  
 Tomune tenens/moze priorum.  
 Bazas medias spernere proorsus  
 Nolo. fragilis terrat egestas.  
 Neqz sim per eam sordibus excoꝝ  
 Turis lacerijs corde molestus  
 Liberqz mimis corda tenere.  
**F**init.

**Sequitur alius ser**

mo per eundem cancellarium in cena do  
 mini. ad ecclesiasticoz cautelam et erudit  
 onem.

**T**radidit Iesum iudas si  
 monis scharionis. Origin  
 aliter in sententia Joh  
 ciij. Unde sumptum est e  
 uangelium p̄sentialiter re  
 citatum. De proditore in  
 da de obstinato z incorrigibil/ q̄ vtar nole  
 clico vlp̄dicatore vel ap̄lo vel sacerdote lo  
 cutur. **T**or<sup>o</sup> i meditatōe meatremui. to  
 tus horrore zcussus sum. recogitā q̄s terri  
 bilis in consilijs deus super filios homi  
 nam. Videns isuper cum ecclesiaste opa  
 dei mirabilia valde. q̄ nemo possit cor  
 rigere quem ille despererit/ Si claudit/ q̄s  
 aperiet. Si mittit cristallum obduratio  
 nis. a facie frigoris eius q̄s sustinebit. Si  
 diabolus cor subintret. nōne sicut mallea  
 toꝝ incudē indurat illd̄. ita vt rideat vibrā  
 tē d̄natiōis bastā. vertunt sibi in stipulā  
 lapides frunde. nec adq̄scit cui<sup>o</sup> q̄s p̄cibz.  
 Judas in exemplo z. que nec efficacissima

## Sermo ad ecclesiasticos

p̄dicatio/nec maledictōis eterne insinua-  
 tio p̄ p̄m̄ fcā/diretere potuit a p̄cepto p̄-  
 ricidio.nec cōsideratio tue dignitatis o v̄go  
 beata/o mater pietatis/emollescere potuit  
 vt̄ misericordius ageret erga te et filiū tuū  
 benedictū. **B**enedictus furor talis quia p̄-  
 rinax et emulatio. qz dura. dū tradidit Je-  
 sum iudas simonis scharioris. **A**ūc au-  
 tem o virgo serena ne sit in aliquo nostruz  
 tale cor incredulum et duruz. **C**or a saba-  
 na occupatum. **C**or ad diuinas monitio-  
 nes vel increpationes clausum. adim<sup>o</sup> cuz  
 fiducia thronū gratie tue suppliciter exora-  
 res / vt̄ irrotatione eiusdem gratie p̄cepta  
 que cor emolliat vt̄ abiecta omni nequicia  
 diabolice fraudis. ne cor induret. inueniat  
 nemo nostrum p̄ditōr filij tui. spernens le-  
 gis sue monita salubria. **Q**dyt impetrem<sup>o</sup>  
 p̄ntamus tibi illud euangelicū **A**ue gratia  
 plena etc. **T**radidit Jesum iudas simo-  
 nis scharioris etc. **D**emini meminuerunt  
 et p̄ntium (vt̄ opinor) iliqui/quēadmodū  
 hoc eodem vespereducto semel in circulos  
 suos annuales sole/tractauimus literali-  
 ter ibema p̄sens/incipiētes ab hoc verbo.  
**L**um iam diabolus misissz in cor iude etc.  
**Q**uam p̄nculam ex industria dimittimus  
 circa quam p̄cipue mote sunt tunc questū  
 cule plures/qsi ex p̄sona studio sitatis spe-  
 cularine. quaz dissolutio vt̄ ad scholasticū  
 exercitium vel ad tempus alterum linque-  
 batur. Quas etiam nūc vel repetere vel dis-  
 soluere nequaqz est animus. **S**atis ad-  
 est materie plangere potius. et plangendo  
 clerum nostri tempis/ne p̄ditōr christi sit.  
 admonere liber. vt̄ clericus/qui in ap̄lico or-  
 dine iude successor inuenitur. nullo pacto  
 fiat eiusdem imitator in crimine. quali cri-  
 mine? **A**mirum in eo qd̄ narrat euangeli-  
 cus sermo comprehensus in verbis ibema-  
 ris. Tradidit etc. **H**ec totius nostre inteu-  
 risnis summa. **H**ic cardo circa quem dicē-  
 doz oim̄ voluetur oratio. **N**am illos com-  
 monere qui vel foris sunt in alio ordine vt̄  
 absentes/quid ad nos? **S**uideamus igit̄  
 ostendere modos quibz et quot iudas tra-  
 didit Jesum. et ex eius damnatiss. mis pro-  
 ditorie fraudis opibz/sciamus/nos de cle-  
 ro/nos dicit p̄ attonomasiam ecclesiastici/  
 a quibz et qualiter abstinere debeamus. ne  
 si filies fuerimus in execrādo facinore. par-  
 nos inuoluat horrenda damnatio. **J**a-  
 ctamus in primis hoc p̄ dicendis funda-

mentū qz p̄ditio est fraudulenta lesio alicu-  
 ius/sub amicitie vel officij simulatiōe. **E**t  
 ita p̄ditio/duplex est iniquitas. qz et odiū  
 est et simulatio. **P**rodior est qui simulat  
 officium/et affert detrimentum. **V**el p̄di-  
 tor est familiaris inimicus. eo p̄nciosior  
 quo efficacior est et ineuitabilior ad nocē-  
 dum. **D**e tali in puerbjs **S**imulator ore  
 decipit amicum suum. **C**ōtingit aut̄ fie-  
 ri simulatiōem amicitie vel obsequij/tripli-  
 citer. **I**n statu et p̄fessione. in gestu et opati-  
 one. in affatu seu locutione **H**anc triplicē  
 beniuolentiē simulatiōem si querim<sup>o</sup> in iu-  
 da reperimus erga Jesum sicut his tribus  
 modis in genere fingit se iudas sibi beni-  
 uolum scz in statu vt̄ qz ap̄lus eius fuit. in  
 gestu vt̄ qz osculum ei dedit. in affatu vt̄ qz  
 eum rabi nomiauit. **E**dificemus si pla-  
 cet sup̄ hanc basim triplicem duos nostre  
 collationis parietes principales/traducē-  
 do iude p̄ditionem/ad ecclesiasticoz om-  
 nium cautelam et eruditōem

**T**radidit itaqz Jesum iudas si-  
 monis scharioris. **P**rimum qz  
 amicitiam obsequiosam p̄de-  
 bat in statu quam longe piece-  
 rat ab affectu. **D**e gestu aut̄ et affatu simili-  
 ter in altera pte videbimus. **P**orro stat<sup>o</sup>  
 iude/quadruplici titulo fuerat insignitus  
 Erat quippe iudas clericus. hoc est in for-  
 tem domini electus. tanqz domesticus ei.  
 et heres **A**d quid? **U**t dominus sua pars.  
 suaqz esset hereditas. **C**leros enim grece/ē  
 fors latine. **E**rat p̄terea iudas ciuis sc̄r̄oz  
 ascriptus de ciuitate hierusalem. tanqz do-  
 mesticus commensalis et canonicus regu-  
 laris sub abbate christo. **E**rat rursus p̄-  
 dicator et apostolus/domino cooperante  
 et sermonem confirmante sequentibus si-  
 gnis **S**ibi quippe data erat potestas sup̄  
 omnem virtutem inimici. communicata si-  
 mul eloquia diuina et secreta celestia **E**rat  
 deniqz sacerdos dei altissimi institutus a  
 christo sc̄dm̄ ordinem melchisedech **I**n  
 primo. filius Jesu et heres. **I**n secūdo fra-  
 ter et conciuis et religios<sup>o</sup>. **I**n tertio amic<sup>o</sup>  
 immo mater p̄pter spiritualē p̄pagatiōez  
 in aliorum cordibus. **I**n quarto socius et  
 cōminister. **A**gnoscatis qualia et quot i  
 statu suoz qz magnifica dilectionis pigno-  
 ra iudas susceperat **A**uero quid pro his  
 oibz retribuerit scitis. **T**radidit q̄ppe ihm̄  
 p̄rem suū. fr̄em suū. dōesticū suū et abbatē.

Amicum et pontificem et socium dignan-  
 2 rissimū. **S**ed ad hec audita quis ex no-  
 bis non indigne ferat. Quis nō exhorreat  
 tam inextinguibile piaculum. Quis non sce-  
 leratissimū pditissimumq; iudam iuste dā-  
 natum pnunciet. Verū tamen inspiciam⁹  
 nosmet ipsos charissimi / qui vel clerici vel ec-  
 clesiastici dicimur. qui pdicatores qui ps-  
 biteri. nō nos fallamus adulatione ppria.  
 Nō tergum vertamus lucide veritati. for-  
 tasse videbimus q; hec de nobis fieri pōt  
 narratio. **Q**ualis narratio. Utiq; q; in-  
 ter nos sit qui tradiderit iesum exemplo iu-  
 de scharionis. Tradiderit inquit. et quo-  
 modo potest hoc fieri. Nonne xp̄us resur-  
 gens ex mortuis iam nō morit̄ ap̄lo dicen-  
 te. q; si non moritur. neq; ad mortem tradi-  
 tur. Audi vero alio loco ap̄lm Tu o hō q;  
 ap̄lm appellasti. Rursus inquit crucifige-  
 tes in se filium dei / et ostentatui habētes. si  
 crucifigentes. cur non pari more loquendi  
 morti tradentes. crucifigitur in membris  
 suis. Crucifigitur quantum in nobis est /  
 dum causa sue crucifixionis peccatum ge-  
 ratur. Proditur autem / dū simulatorie co-  
 litur / statu gestu vel affatu. In bonozat ve-  
 ro prauo cordis affectu. **E**sto dicit ali-  
 quis de clero crucifigam christum modo  
 quo loqueris. Esto prodam eum / ait amē  
 longe est peccatum meum a sceleratissimo  
 facinore iude proditoris / qui miracula te-  
 statissima christi vidit. nō ego Iesum pre-  
 dicantem commonentem deterrentēq; au-  
 diuit. non ego Consortis ap̄lozum fuit nō  
 ego Desperado se suspendit. gratia dei nō  
 ego Appello te homo qui sic loqueris p̄  
 iuda te iustificans. Credis ne iudam vidit  
 se et audiuisse que dicit. Si nequa q;. tu va-  
 ne crimen iude p hoc exaggerandū pnun-  
 cias. Si credis. iam igitur miracula cōfi-  
 teris que vidit iudas. tu penam pditorib;  
 eternaliter infligendam agnoscis. Ampli⁹  
 vero tu multitudinem testimonioꝝ et scri-  
 pturarum p successionem tanti tempis hu-  
 ius / post occubitus iude / plus agnoscere  
 debuisti. Qd si tam certissimis historijs fi-  
 dem derogas / sed dicit si miracula videro  
 credam. Accipe responsionem epuloni da-  
 tam. nō si quis ex mortuis resurrexerit co-  
 ram te / credes. Clarissima certa miraculo-  
 rum lux / pueros reprobosq; animos non  
 tam illustravit ad credulitatem q; radian-  
 do cecavit. Hoc fuit in iuda. hoc in iudeis

et hereticis perspicuum. Tunc tibi igitur.  
 ne si iude prebueris te similem in vita. si-  
 milis in obduratione et reproba morte iu-  
 sto dei iudicio relinqueris. **Q**uo circap  
 A explicatione maiori quadruplicem cōside-  
 rationem assumimus.

### Prima cōsideratio

Ad exemplum iude Proditor est ecclesia /  
 sticus. qui sp̄reta parte sua ditissima / ege-  
 nam auariciam consecrat. Ad qd. **U**tyro-  
 rem immo adulteram pessimā nutiat cō-  
 cupiscentiam suam. et fiat scharionib;. id est  
 mercedem accipiens. Auariciam hic intel-  
 ligite affectum inordinatum / male cupidū  
 non tantum pecunie / sed rei cuiuslibet trā-  
 sitorie. Vultis audire consideratiōis hu-  
 ius rōez. Debuerat quippe pseueranter de-  
 rus dicere id qd ab initio sue institutionis  
 iuxta nominis interpretationem. prulit cum  
 p̄pheta Domin⁹ pars hereditatis mee etc.  
 Et rursus. Pars mea dñs in eternū. Hec  
 sors hereditaria. hec yberrima portio. hec  
 pars optima. nonne clero sufficere debue-  
 rat. Nonne cum eodem p̄pheta gliari equū  
 erat qñ subditur. Funes id est diuisiones /  
 ceciderunt mihi in p̄claris. etenim heredi-  
 tas mea p̄clara est mihi. Valde p̄clara. q;  
 les opes. que diuitiaz / copie satiabūt ani-  
 mam clerici. si deus omne bonum. si mer-  
 ces magna nimis. velut insufficiens abij-  
 citur. Sic nihilominus stoliditate mirabi-  
 li / magis vero miserabili / vt clerus p̄ aua-  
 ricie cupiditatem auertatur a sorte suadeo  
 suo. quem deserens et ab eius facie. passi-  
 bus non tam corporis q; prauae affectiōis  
 egrediens. primum in se recuruis corruit  
 Stulta vere prauaq; mutatio. de deo in  
 se. Nam in se quid nisi vastum quoddam  
 indigentie desertum inuenit aut sentit. A-  
 nima quippe sine deo. quid oro ē nisi hor-  
 ribilis quedaz et inhabitabilis terra deser-  
 ta inuia inaquosa vel potius tenebrosissi-  
 ma quedam et profuudissima miseriarum  
 abissus. **P**reterea clerus sic auersus a  
 deo neq; iam consolationem aliquam. ne-  
 q; refecionem aut satietatez ab eo sentiēs.  
 quidni auertente deo faciem suam. contur-  
 betur. Quidni ad tenebrositatis resperaz  
 veniens. famem patiatur vt canes. Quid  
 ni querulus dicat deo. **P**osuiisti me  
 contrarium tibi. et factus sum michimet

# Sermo ad ecclesiasticos

ipsi grauis. Itaque fit sibi met regio egesta-  
tis. longinqua valde a peccatoribus salus  
Occupante igitur regionem illam fame va-  
lida miseram consolationum/falforumq; bono-  
rum/pdicosq; gustu viui et veri boni/egre-  
ditur iam homo ecclesiasticus semetipsum  
p exteriorum quinque sensuum portas. qz nul-  
lubi peius hospiciu/neq; amarius coorti-  
um/q; in se et secum inuenit. egreditur fo-  
ras et congregat iniquitatem sibi. Egredif-  
si forte videndo/audiendo/sentiendo/gu-  
stando/vel olfaciendo ymbrias aut pictu-  
ras veri boni res sensibiles/afferat sibi in-  
de consolaciu culas aliquas q; subternat  
anime sue egrotanti et saucie. ex quib; pa-  
scat concupiscentiam insatiabili auuiditate  
voracem. cu filijs suis operibus carnis q;  
si totidem canis fame rabidis. Sed exp-  
tus q; vere enunciauerit qui dixit. No satu-  
ratur oculus visu/nec auris auditu imple-  
tur. reperit cu Augustino omnia miris a-  
maritudinibus respersa. qz iuxta satiricuz  
plus aloes q; mellis habent. Disera plae  
sed digna fors. vt eiectus clerus cu cayn a  
facie domini/vagus sit post concupiscenti-  
as suas. et a contristantibus eum pfugus su-  
per terram non viuentiu in eternitate. sed  
morientiu in temporalitate. **B** Deniq; cler-  
sic auersus a deo et conuersus ad mundum  
quid patit. Nonne sentit et videt q; ama-  
rum sit reliquisse dnm. Sicut pfecto nisi  
sensum pdiderit. Nam adheret vni cuius  
regionis illius. hoc est carni/que de mudo  
non de supernis est vt spūs. Nec mittit eum  
pascere porcos sordidos brutales et furibu-  
dos/desiderioz pessimoz. quib; dat siliq; s  
inanes voluptatiu. **S**ed qd dicit scrip-  
tura de adolescente filio vnde pabolā su-  
psimus. Lupiebat ventrem implere de sili-  
quis quas porci comedebant. et nemo illi  
dabat. Onerat quippe talis cibus volup-  
tatis/irritatq; famem non satiat. **S**up-  
est ergo/vt qz satietatem in nulla re vna re-  
perit/nitatur euagari p varia ppter ea sit di-  
spersus multipliciter et inquietus semp hi-  
ans semper ad ampliora coacernada ne d  
sit aliquid elaborans. Semp nescio quid  
curte deest rei inquit satiricus. Finita sunt  
quippe omnia. Anime autem desiderium  
et os et venter/capaces sunt infiniti. ppte-  
rea quicqd obiectum fuerit/non plus af-  
fert satietatis q; gutta vna/gulpho vastissi-  
mo. Totus iste mundus sensibilis/ad ani-

me ventrem quid est nisi bolus erigu? na  
si mille milia mundorum adieceris/cu no  
implebunt. Patuit in alexandro in cesare  
in alijs tyrannis. Ne misero mihi inquit a-  
lexader ex democriti seretia innuerabiles  
mundos audisset. ego nec vnum subiuga-  
ui. Idem de scientie cupiditate. Exemplu  
deinde senserunt qui tota studiositate sua  
nihil aliud inuenerunt q; nihil scire et q; ml-  
ta scire magna fatuitas. **P**orro quid mi-  
randu si non satiatur comedens in sonis.  
Et loquitur ysaias. et vt poete de toto fa-  
bulantur. Sed et ymbriam et ventum den-  
ribus atterens et pasens. saturitate quali-  
ter implebitur. Ideo bene enunciauit qui  
dixit appetitus diuitiaz esse infinitu. **V**i-  
dam et tantulum poete/et cresum cuz i nu-  
meris diuitijs/historici pro exemplo posu-  
erunt. **E**cce cui assignata erat fors vber-  
rima forsque plenissima. du derelicta ea/ym-  
briam et ventum consecratur temporalium  
comodoz vel lucroz. dum querit ea tanq;  
prium quoddam huius comutationis dei  
cum mamona. ipe neq; rem habet neq; p-  
cium. Postremo cum iuda suspendit/stra-  
gulaturq; laqueo temporalis sollicitudi-  
nis. intercipientis spiritum vitalem gra-  
tie/ne interiora refrigeret. et crepat medius  
et diffundantur omnia viscera eius in ter-  
ram. Fingo istud nisi assit testis sapiens.  
Avaro inquit nihil est scelestius. **S**equit-  
Proiecit enim in vita sua intima sua. **L**  
Vultis accipere similitudinem vt dicitur  
palpabilem p pdictis. Ponite ante oculos  
vestre considerationis/canem aliquem/mor-  
dicus inter dentes gestantem frustuz car-  
nis. transnater canis iste flumen aliqd. vi-  
deatq; ymbriam carnis in aqueo speculo.  
hic canis vt auidum est animal/si hiando  
nititur ymbriam hanc arripere vel glutire  
quid agit nisi vt verum carnis cibum per-  
dat/elabatur enim/fundozq; mergitur. non  
tamen vanescente ponitur. **Q**uod si simili-  
tudo magis placet in hominibus. Recogi-  
tate aliquem i horto pomifero positu. sup-  
cui? horti silices humi repentes super viti-  
cas et vepres/iaciantur ab alto ymbre po-  
morum ex radiatõe solis obiecta. quanta  
precor estimabitur stoliditas in hoc homi-  
ne/si spretis veris pomis/ipe nitendoz ser-  
pendo pedibus manibusq; totus incum-  
bat inhians aperto ore super huiusmodi  
vepres et viticas/cupiens ymbriam

dominis saturari. Quid ipse nisi vltiōes pū  
cturasq; quid nisi lacerationes referet de to  
to conatu suo? ¶ Profecto hic est typus a  
uari. qui spreto deo/vero cibo et fructu/p/  
sequitur ymbra eius ymbra tiles scz diui  
tias/quas Iesus spinis qz cruentant z pū  
gentibus curarum aculeis vulnerant/cō/  
parauit. Itaq; nisi hec ymbra quasi somni  
aliter et ymbra tiliter fieret. sicut vnus poe  
tarum dicit referente fulgentio non cecinif  
set psalmista. Dormierunt somnum suum  
et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū  
in manibus suis. Et rursus. Verumtamē  
in imagine ptransit homo. Vnus quip/  
pehabet entitatis et pmanētie tempora/  
litas eternitati comparata/qz somniū auo  
lans vel ymbra ptransiens. si eaz cū tem/  
poralitate qstumlibet extensa fiat collatio  
¶ **S**alem (nisi me fallit estimatio) forma/  
uerant imaginem rerum humanarūz duo  
pbilosophi/democraticus et eradicus. quo/  
rum alter mor vt ingrediebatur solium do  
mus/ridebat. ita nihil sibi serium vel inep  
tum videbatur. Alter flebat/arbitrās om/  
nia que gerebantur miserrima. **S**alē Job  
talem ille qui introierat in sanctuariūz dei  
imaginem pinxerat. Job dicit. Vidi stul  
tum firma radice. et maledixi pulcritudini  
eius statim. Alter. Velut somnium. surgē  
tium domine imaginem ipoz ad nihilum  
rediges. ¶ **C**lerus vtiā sic sentiret ex i/  
timis rerum vanitatem. qd quia non facit  
tradit Iesum. p̄tendens ex statu et nomie/  
se habere solum deum in fortem heredita/  
tis a quo longissime pietus est p viciū ci  
piditatis. Qd si vult regredi/formam ha/  
beat iam allegatam adoleſcentis. reuertat  
de exterioribus ad se. d se ad patrem. dicēs  
Pater peccau in celum et coram te. Pro/  
ditōz nedum tui sed cuiſlibet creature. fac  
me sicut vnum ex mercenarijs non mundi  
sed tuis. ne pereaz cum iude/ſimonis ſcha  
rioris.

## **D** Hecūda

¶ **A**d imitationem iude. proditōz est eccle  
siasticus. qui corporaliter etiam a scriptis  
ad consortium ecclesiamq; sanctoz/dese/  
rit illos corde neq; transiens ad synagogā  
peccantium. Ibiq; symon existens. i. mero  
rem audiens. ¶ **D**ec fuit iniqua iude pro/  
ditio. vt dum cum sanctis apostolis z ma/  
na matre Iesu coporaliter versaretur / ipe

totus animo cum iudeis/de traditione do  
mini sui/de desolatiōe cetus istius ptracta  
ret. vt verum sit illud per psalmistam. Et/  
enim homo pacis mee / qui edebat panes  
meos/magnificauit super me supplantati  
onem. ¶ **I**mitantur autem eum qui sunt  
ex parte illius. quoz conuersatio corpoza/  
lis cum catholicis/mentitur fidem z deuo  
tionem/que longe sunt ab eis. Non enim  
sunt fratru; amatores sed spoliatores. frau  
datores irrisores eorū: etiam spiritualiter  
in moribus ciuilitate in fama/puerſissimis  
machinationibus occisores. Ita traditur  
christus in mēbris suis. ¶ **E**cclēsticos  
itaq; quos auaricia peruertit iam a deo. in  
uidia comes auaricie suscipit. dum vident  
in alio quod non habent. Fraus insup do  
lus detractio ira furtum sacrilegium. odiū  
tedium veri boni et similes vicioz pestes/  
tanq; latrones aliqui z proditōz inueni  
unt eos. Inuentosq; cecant illigant sauci/  
ant trahunt distrahunt. Deniq; extra viā  
virtutis eijciunt. Vix ad tempus relinqui  
tur pallium hypocrisis/tegens cadauero/  
sam fedtatem intrinsecus horridam / ope  
rimento quodam conuersationis exterio  
rie cum reliquis velut in sepulchris deal/  
batis. ¶ **D**ignum plane est. vt qui talē tā/  
tamq; portionem deum fastidiunt / quiq;  
auaricie tyrannide distract<sup>o</sup> a loco vberis  
pascue / a monte coagulato et pingui /  
corruit in desertum vallemq; totius egesta  
tis et falsuginis. Ipse incidat in iatrones  
cum illo qui de hierusalem descendebat in  
hiericho. et de pace in mutabilitatem. de q  
ete in confusionem. Ita qui noluit esse so  
cius apostoloz. nec habere soliditatem fi  
dei cum Petro/mititatem cū Andrea. pu  
ritatem cum Iohanne. et sic de reliqs / fit  
conſors perfidoz. fit preda vicioz et q pri  
us nutriebatur in croceis. ampletatur ster  
cora et cū inimicis domini terrālingit. ¶ **E**  
Occurrit vero inter loquendum veneran  
dus ille cetus apostolicus / cui gratissima  
castissimaq; p̄ntie tue serenitas. O virgo  
benedicta splendorē sanctamq; leticiaz  
aspirabat. quo magis execranda redditur  
iude proditiosa malignitas que cū tot san  
ctis fact<sup>o</sup> esse nō voluit. Dico iuda scelera  
tissime quid hec virgo cōmensalis tua. fa/  
miliaris tua. obsequiosa tue. Dic vt de reli  
quis fileam quid fecit tibi quid molestie  
intulit: vt filiū suūz charissimūz traderes  
ff

## Sermo ad ecclesiasticos

ad mortem / et tã diram mortem. Nunquã  
tibi dura fuit vel iniuriosa que benignita-  
te nitebat apud omnes? Nequaquã prois-  
quin etiã pia credulitate suspicor etsi euã-  
geliam fideat q̄ erga te plus officij plus be-  
nivolentie monstrauerat exemplo filij / tẽ-  
prãs si forte durissimam cordis tui nequi-  
ciam cuius non erat penitus ignara / mol-  
liri leniri ve fraterna vel materna correcti-  
one contingeret. Sentiebat te ad iudeos  
curficare clam et redire. neq̄ tamen prode-  
bat te. sed in bonam potius partem trahẽs  
omnia / forsã p̄cabatur terogabat hortã-  
batur vt inuideam iudiorũ erga filium su-  
um maḡm tuũ tu mitigares tu pacis / con-  
siliator fieres. Nec deerant quantum suspi-  
cari fas est / blandicie virginales cum gra-  
ui maturitate monendi p̄ verba potentia  
gignere compassionem in cordibus belua-  
rum. An forte seorsum te aduocans alloq̄-  
batur. vides o iuda charissime / quo pacto  
magistrum tuum filium meum / querũt iu-  
dei perdere. Sciisti. aderas enim quan-  
do sustulerunt lapides vt iacerent in eum.  
quando vir e templo viuus euasit. Nũc p̄-  
sor te p̄ socialem omnium nostrum conui-  
ctum. p̄ si quid ipse totus bonus nosq̄ om-  
nes / bene vnq̄ de te meruimus. roga iude-  
os que ad pacem sunt. Is enĩ et redis ad  
eos. ostende nihil esse in filio meo dignum  
morte. qui infirmos eorũ curauit. qui do-  
ctrinis erudiuit qui solum dei honorem et  
gloriã viuẽdo p̄dicandoq̄ quesierit. Cur  
in huius morte peribimus omnes? Scis  
q̄ ex eius vita pendet mea. Quinetiam tu  
ipse qualem alium dominũ vel maḡm ha-  
biturus es / in quo plus benignitatis gra-  
tie et fauoris expectas. Elegit te in fratrem.  
in apostolum. in amicum pauit te. misit  
tibi. postate miraculoz cum auctorita-  
te p̄dicandi donauit te. dispensatoz suum  
constituit te. Deniq̄ maiora sunt que pro-  
mittit. ¶ Ad hec et similia virginis alloq̄a  
scire vellez. o crudelissime iuda. que tibi fa-  
cies. qui gestus. qualis p̄ responsiõẽ vl ser-  
mo vel nutus. Sed certe leue erat / te im-  
pudenti simulatione velle fallere matrem /  
qui filium dei putasti decipere. dicẽs. Nũ-  
quid ego sum rabbi. Et rursus. Si oportu-  
erit me mori tecum / no te negabo. Nam  
teste Bartheo omnes discipuli cuz Petro  
similiter hoc dixerunt Alij forsã impro-  
uide. tu pditorie. Cupiditas tua (o iuda) ob-

noluebat te / tanta noctis caligine. vt in lu-  
cidissimo die / turpitudinem tuã latere pu-  
tares nec erubesceres. Nunquã nõ in ip̄a p-  
ditionis hora / verba reuerende blandeq̄  
salutationis ptulisti / dicens. Aue Rabbi  
Magistrũ vocas de quo nup ad iudeos  
tanq̄ de malefico et fraudulento dixeras. re-  
nere eum et ducite caute. ¶ Anima duerti-  
tis o viri paties et fratres animaduertitis  
q̄ ceca sit auaricia / que ita cor inde firma /  
uit obclisitq̄ vt egresceret medendo dederi-  
orq̄ redderet Quid non mortalia pectora  
cogis auri sacra fames / nam ad ip̄os etiã  
iudeos vltro cucurrit non sollicitat̄ ab eis  
sed more emptoris interrogãs. Quid vul-  
tis mihi dare et ego eum vobis tradam?  
Habet itaq̄ cogitatio auaricie radicata /  
suam ebrietatem. suum furorẽ. suã in-  
saniam inextorabilem p̄cibus. inflexibiles  
consilijs. surdam monitis. demum q̄ mi-  
nas omnes iam iam irruentes imp̄teritãz  
Et putatis auaricie soli pp̄riam hanc esse  
furditatem ad consilia? Putatis hũc iude  
soli contigisse? Haberant incorrigibili-  
tatem comitem / hanc melanolicam infa-  
niam / hoc demonium surdum / affectio q̄ /  
libet. vel passio viciosa. dum pfundari ra-  
dicariq̄ sinitur. Hoc in philocaptis ad a-  
morem. Hoc in vanigloriosis ad gloriã  
pompas platiõez. Hoc in inuidis ad odio-  
sam malignandi libidinem / quotidie con-  
spicim̄. Alioquin melius irent res huma-  
ne p̄sertim ecclesiastice si nõ salubribz mo-  
nitis / cõsilijsq̄ legum eternarum / passioẽs  
viciose. ebriose. stulte. furiose. vel doman-  
onis. vel auaricie. vel ambitionis / obstitis-  
sent. Neq̄ tam diuturna contagione / scis-  
ma p̄sens labefactasset ecclesiam / si p̄ extir-  
pando solum scismate non pro obsequen-  
do passioni multiplici viciose / fuisset insu-  
datum. Exitus vero qualis habebitur / ne-  
